


B-7-143 (1)

R. 26590



GRANATÆ,
TYPIS JOSEPHI DE LA
Puerta.

1871 UNIVERSITARIA
GRANADA



ALL INFORMATION PROVIDED



FIRMAMENTUM SERAPHICUM
STELLIGERIS SERTUM STEMMATIBUS,
OSIRIDIS GEMMAS RADIJS
ISIDIS PLUMATUM NIMBIS:
UBI LEUCHOTEA, INO VE MINERVÆ RIDENS,
CLARESCIT, NITIDUM PHOSPHORUM REDDENS.
SCINTILLAT VESPER, RADIANT ACRONYCTÆ,
UT ADIMPLENTES MUNUS,
NE LUCEANT MINUS,
& supportantes onus, ex tot Luminaribus fiat dies vnuis.
REFULGENS SOL IN GLYPEOS AUREOS
GYRAT PER CYCLOS EUREOS,
RUDIA EXPENDENS, RADIAT EXPANDENS,
NEBULAS TOTAS LINTER ELIMINANS
NUBILAS, TUTAS LAMPTER ILLUMINANS
JUSTITIÆ SEMITAS.
ET NOX, SICUT DIES ILLUMINABITUR,
UT FULGORE LYCOS TANTÆ EXPLANATÆ,
LUCESCANT SEPTEM PLANETÆ,
Cæteraque apparent astra, à primo movente edita.

R^{MO}.P.N.FR.JOANNE
BERMEJO

LECTORE JUBILATO, ET TOTIUS ORDINIS
Fratum Minorum Gen. Vicar. qui præsidatus Laurea insigni-
tus, multitudinem stellarum leptos numerabit, Epiphrosyne-
que reget in triplicitatis ignea Regio domicilio S. P. N.

Franc. Gran. fano à die 21. Mensis Junij.

Anni Dñi. 1736.



PRIMUM IN TUM SERAPIUM
STELLIGERIS SERTUM STEMMATIBUS
ORBIDIIS GEMMIS RADIBUS
ISIDIS PRIMUM NIMBUS
APLUSCOTEA, INO AE MINIATA RIDENS
CLORENT, NITIDUS THYSONORUM RADIBUS
SCINTILLAT AERPLA, RADIANT AGNONTIA
UT ADIMPLIRINTES MUNUS
NE LUCENT MUNS
REFUGIENS SOL IN CLAVIS VULGOES
CARTA, PER CACLOS EURSES
RUDI EXPENDENS, RADIA EX PANDENS
NERUAS TOTAS LUMINOSAS
NUMERAS TOTAS LUMINOSAS
HASTITATE SUMITAS
ET NOX, SCUT DIES ILLUMINANTUR
UT LUCORE LYCOS TANTAE EXPANDANTUR
NUCIOVENT SPATIUM LUMINANTUR
CARTARUM ALLEGORIAE SILENTIA, ET LUMINA SILENTIA

A. P. N. H. R. JOANNE DE ROME

SECRETORIE LUMINOSA, ET TOTUS ORBIS
HERMINIATIONE CEN. 7000. di quodam Thes. integr.
Tunc tamen quodammodo ut illam Ieuxoniam, Elysianam
dicitur, in ceteris, quodammodo ut illam, R. o. Nomina, & P. M.
Tunc tamen quodammodo ut illam, M. o. Nomina, & P. M.
Anno Domini 1596.



AD Rmum. P. Nrum. GENER. VICARIUM.



N L U M I N E T U O


(Rme. P. N.) videbimus
Lumen. Sic tua decantat
lætabunda congaudens,
firmamenti Seraphici
Granatensis portiuncula.

Sicut Cervus (1) *deside-* Psalm.41.
rat ad fontes aquarum, vers. 1.
sic filia Sion , exultans
satis , ad te , Pater , desi-

derat , vt fluenta fulgoris propinante Parente , so-
lares , queat , ebibere radios , & incircunscriptum
Lumen , in tuo circunscriptum prospicere. Sapien-
tiae ditata Luminis electri Thesauro , pascua inve-
niet , quo viribus roborata viroris reducet aspera
in vias planas , & toto orbe Seraphico in pace com-
posito , actiones , & electiones inconspectu tuo ita
diriget , vt in illius comitijs firma resplendeat veri-
tas , & sola regnet charitas. Hoc lucis vento pro-
spera benefida carina , scollarum pericla despicit ,
succumbere rupibus , grataque præviso dynastæ nu-
minis igni ferta sacrat obsequens , queis sacra
tempora cingas. Dignum te prædicat aureis , plurifa-
riam præcinendo : Corona aurea super caput (2) Eccles.45
vers. 14.

tuum,

tuum, expressa signo sanctitatis. Ast suscipe floridas,
quas ardenter filiae digniores evehit amor. Hinc
inde supplex orans, sic postulat humilis, sic roget
affabilis: (3) Dicatas meritis benignus assume. Tor-
tantisque præludijs fortunata, quæ dicat, rectè gra-
diens, & retrogradiens invariata dicit, & laudans
(3) Eccles.
(4) Psalm. 26. vers. 6.
dicit: (4) Circuibo, & immolabo hostiam Vocifera-
tionis, quæ in sequenti circulo multifariam legitur.



Non quiescit amor æstuans Holocrybos oblatu,
sed holo lampos inhizat megalō prepia fœtus.
Megalopsichiam cyrcyu leptos considerat ictus,
obruosusque rubescens, ne tangant parentalia cul-
men, veniam affatim postulat, præstolaturque fidus.
Patruo debuisse tuto auxilio cuncta, fatetur; ideo-
que querit anxius, quæ digna Patri conferat. Quid
astra soli tribuunt, gratitudine, Præsid? Ignitis cla-
mare notis, ab ipso lumina pandi. Quid sublunaria
Sacra Myriarchæ Cœli rubenti? Communem vi-
ventium omnium verum fateri Parentem. Quia talis

(1) Picin. lib.
1.cap.6.

(1) **OMNIBUS SOLATIA FUNDIT.** Hoc solis
encomium de te filiola decantat, & ad præfatum,
pro convocatis, comitium, sic hilariter intonat:

(2) Psal. 103.
vers. 27.

(2) **Omnia à te expectant, ut des illis...** (3) **Dante te illis, colligent.** Ecce appropinquat dies, in qua filij
tui de longe venient. Tunc (4) videbis, & afflues,
& mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando con-
versa fuerit ad te multitudo filiorum tuorum. Tunc
loqueris, & audient servi tui, dicesque ad filios
Israël: (5) **Scitis, quoniam docuerim vos præcepta,** (5)
atque justicias. Hæc omnia tui tanto participant
numine, sicut sequentes capiunt tuo, ò Pater, c.4. vers. 5
nomine.

(4) Isaie c.60.
vers. 5.

am n.. striſ cro ūme. clar.... scit adimplen
J O A N N E S
ngenti S to. tlōn ome perduc re..... facti...
ell..... robu summu ſcutum. n consp cit Ord.
B E R M E J O
ellig.. rato. pace.... ind..... t perh bête ſupern
etima.... ndoris... ſu resonantibus ict.....
VI CA RI US
rtuti.... uſa..... vum ſacratur Olymp.....
ſta..... pentes.... ra patris.... ucentia tot.....
GE NE RA L IS
rmina..... rvose.... tis..... audantia ſacl....

SIRTAP ATANARG EDVAL P LA VDEGRANATA PATRIS
 BSI RTA PATANARGEDVA L AV DEGRANATAPATR ISB
 EB SIRT APATANARGEDV A VDE GRANATAPATR ISBE
 REB SIRTAP A TANARGEDV DE GRANATA PATRIS BER
 MREB SIRTAP ATANARGE DEGRANATA PATRIS BERM
 EMREBS IR TA PATANARG E GRANATA P ATRIS BERME
 JEMREB SIRT APATANAR G RANATAPATR I SB ERMEJ
 OJEMRE BSIR TAP ATANA RANATA PATR I SBERME JO
 POJEMREBS I RTA PATA N A NATAP ATRIS BERME JOP
 IPO JEMREBSIRTAP A TAN ATAPA TR IS BERME JOP I
 GIP O JEMREBSIR TA PAT A TAPATRI SBERME JOPIG
 NGIPO JEMREBSIR TA PA T APATR I SBERME JOPIGN
 ONGIPO JEMREBS I RTA PATR I SBERME JOPIGNO
 RONGIPOJEMREBS I RTA PATR I SBERME JOPIGNOR
 ARONGIPOJEMRERSIRT A TRIS BERM E JOPIGNORA
 TARONGIPOJEMREBS I R T R I SBERME JOPIGNORAT
 ATARONGIPOJEMREBS I R I SBERME JOPIGNORATA
 NATARON GIPOJE MREBS I SBERM E JOPIGNORATAN
 TNATARONGIPOJEMREB SBERME JOPIGNORATANT
 ITNATARONGIPO JEMRE B ERME JOPIGNORATANT I
 I TNATARONGIPOJEMR MEJOP IGNORATANTI
 ITNATARONGIPO JE M E JOPIGNORATANT I
 ITNATARONGIPO J E J O PIGNORATANTI
 ITNATARONGIPO J O PIGNORATANTI
 ITNATARONGIPO PIGNORATANTI
 ITNATARONGIPI GNORATANTI
 ITNATARONG I GNORATANTI
 ITNATARONG NORATANTI
 ITNATARO NORATANTI
 ITNATAR ORATANTI
 ITNATAR ATANTI
 ITNAT A TANTI
 ITNAT ANTI
 ITN ANT I
 IT NT I
 I TI
 L

FIR-

FIRMAMENTUM SERAPHICUM.

STELLARUM multitudinem, quæ Cœlesti plu-
mant firmamentū, Divina sola sapientia dinu-
merare potest. Sic Regius Psaltes: (1) *Qui nu-
merat multitudinem Stellarum.* Quād difficile sit
earum numerum humano comprehendere captui,
notum fecit Dominus Abraham: (2) *Suspice Cælum,*
& numera Stellas, si potes. Ex his verò notis, quæ
firmamentum signant, alia (teste (3) Arist.) semper
in eodem loco, in eodemque statu permanent. Aliæ
autem, quæ ad diversa sunt destinatae ministeria,
non æqui-distantes in continuo motu Cœlestes gy-
rant per orbēs, quas ob diversa munera magis no-
tas Astronomia, & Mathematica enumerat. Et om-
nibus eis nomina vocat, in septemque dividit (teste
(4) Damasceno) Planetas. Stellæ istæ, licet in Astro-
logorum sententia in diversis à firmamento resideant
Cœlis; in sententia tamen quorundam Philosopho-
rum unicum tantum Cœlum afferentium, cum pro
eodem usurpetur firmamentum, & Cœlum, in fir-
mamento, quod est Cœlum, firmant solium. Moven-
tur primi cursus mobilis Planetæ sequentes dupli-
cī motu, naturali, scilicet, & violento: Naturali, ex
Occidenti ad Orientem: Violento, ex Oriente ad
Occidentem. Ex hoc Planetarum duplici motu na-
turalis componitur dies. (5) Sic Raynunt. Singu-
lis Planetarum deputatus est Angelus, qui cursum
ducere satagit, & motum mandati gubernat. (6) Sic
Bartho. Casan. Tot Luminaribus, Angelicis mani-
bus redditus Orbēs Cœlestes circulantibus, firma-
menti stellati scintillans sphæra appetet pulchra

B

nimir considerat. 8

(1)
Psal. 146.

(2)
Genet. cap.
15.

(3)
Aristot.
lib. 2. de
Cœlo, &
Mundo.

(4)
Damasc.
lib. i.c. 6.

(5)
Raynunt.
confiderat.
i. num. 38.

(6)
Barth. Ca-
san. part. 12
Cathal. Glo-
riæ Mundi,
considerat. 8

nimir, & decora valde. Super regnaturi gloriam bellici diversi ex conjunctione Planetarum motus orientantur, quibus inter se tellis pugnant influxus, quin se ad invicem destruant. Siquidem belli transfrunt in sublunaria effectus. Nomina autem eorum scripta sunt in Cœlo, & in firmamenti sistunt nostri quadrangulo primo.

Veritatem ovantis.....**L U N A**, per acto culmina mot
Excedra lucens.....**MERCURIO**, est circundata luc....**V E I L A S C O**
Tucratur sacrata.....**V E N U S**, persistere præsu.....
Astra movet primus..**S O L**, præses, Ordine cunct..
Sat bellant cum.....**M A R T E**, soluto, querere pugna.
Condonat pacem.....**J U P I T E R**, sua pignora done....
Omnia sunt septem,..**S A T U R N O** cœlica mœst.....

Altitudinem (1) Cœli Seraphici quis dimensus est? Firmamenti Seraphici stellas quis numerare potest? Tot, quot Cyclos implent carptim, tam discritos capientur, ut summatim mentes ipsius

(1) Eccl. cap. summæ pelago mergantur, quæ in illo, cursu pro-
 1. vers. 2. perant, velut Planetæ Cœlestes sequentes Cœli tran-
 factas, sunt numero septem: Itæ naturali motu cur-
 runt, ut comprehendant, ad lucis orientem, civi-
 tatem, scilicet, solis; quia homo,(2) & homo nasci-
 turus est in ea, qui illuminabit mentes omnium, ut

(2) Psalm. 86. lumen; quod recipiunt, fideliter spargant. Jussu pri-
 1. vers. 5. mi mobilis currunt cum muneribus, ribulis ex Cas-
 talia præcipitibus desumptis, & à Minerva largiter
 sacra dispensis. Quærentes, & dicentes: (3) *Vbi est,*
qui natus est Rex? *Vidimus stellam ejus,* circulare,
 scilicet, libellum, quod fortiter, suaviterque nos

(3) Math. cap. conducit, & inducit ad prædefinitum locum à Pa-
 2. vers. 2. tre, devitando, demonstrando beata nobis gaudia;
 & venimus, adorare eum, ejus, nempe, obtempera-

re præceptis , & Patrem futuri sæculi venerari obsequentes. Motu violento retrogradiuntur , quia absentes corpore , licet præsentes spiritu. Ex hoc dupliciti motu , ecce appropinquat dies , dies quam fecit Dominus , ut exultemus , & lætemur in ea. Verum ut innotescant septem respondentes Planetis , qui in primo quadrangulo sculpti medium occupant locum , in firmamento nostro , inspice , & fac secundum exemplar , quod tibi in primo monstratum est.

Victor, scintillante,...RAMIR E Z,sistere, vult.....
Electro scit sacra.....GALISTEO,acta, tonant.....
Lumen recte atlante....R A MIREZ,panditur vt so.....
Ad summum gyrans....TRUXILLO respicit alt...
Sacrabit Mars grata....R A MIREZ pronus ad ara.....
Convertet tot bella....MORENTE,en faccharus in la...
Orabit, clausis.....E S P E J O,in finibus, orc.....
O

L U N A.

LUNA , solis discipula supernis obsequitur , cursibus , & prout soli propinqua , vel à sole recessa , crescens , aut senescens , lumen dispensat. Nascitur semi orbis , & cum soli ex diametro opponitur , perfectam circularem figuram compleat , qua plena nuncupatur. Ex hac orbita Lunæ , multiformis supernatum virtutum pulchritudo colligitur , qua cætera splendore luminaria superrans: (1) **MICAT INTER OMNES:** hac exornatur Gnomæ in plenilunio Luna ; quia ad ejus aspectum in interlunio cœteræ , quæ lucent, non nisi stellulæ , & tenuissimi Cœlorum asterisci videntur ; Lunam in hoc incremento fulgoris **B. V. M. Damian.** prædicavit , quæ vtramque antecelluit rationalem naturam,

(1)
Picin. lib.
1. cap. 8.

humanam, scilicet, & Angelicam. MICAT INTER OMNES, quia si in communi, omnes moriemini, compræhensi, à communi lege omnium Regina fuit munificentius præservata: (2) Non enim pro te hac lex, O c. Lunam in exordio hoc ditavit Picin. Lemmate;

(2) Esther. cap. 15. vers. 13. (3) VELOCITATE PRÆSTAT: Qod symbolice designat celeritatem, qua properavit gratia in primævo sua Conceptionis instanti; nam quomodo inter omnes micaret, si in ejas Conceptione gratia velocitate non præstaret, vt pulchra, vt Luna in illo instanti liceret? Hoc Cœleste prodigium naturali motu pergit ad orientem Primas in firmamento nostro vt Comitiali sacro principivm iudet. Nollit timere Sion: Ecce Regina tua venit tibi: Venit cum immensa supellectili gratiarum:

(4) Picin.vbi sup. (4) Veni Regina Eccles. in nostra, veni Domina in hortum odoris: Veni, Miss. Con- corōnaberis prætiosis (5) filiorum tuorum muneri- cept. B. M. V. bus, quæ in tot reverenter sacrantur tibi præco- nijs. Intona ipsi sacratum elogium, quod de Virgine Matre in Epitalamion ipse decantat dulci- ter: (6) Tota pulchra es, O matula non est in te. Quod si Lunæ referas in subtilis novæ linea orbem circumflexæ hoc Epigraphen sustinente: (7) SINE MAGULA, genuiunctum Virginis abs nebula origi- nalis labis ectypon Lunæ encomiastica puritate plaudes. Huic Lumina tanta donanti sacro Pla- netæ non quilibet Angelus, sed Gabriel Archange-

(6) Cant. cap. 4. vers. 8. (7) Picin.vbi sup. (8) Luc. cap. 1. vers. 28.

Cant. cap. 4. vers. 4. (7) Picin.vbi lus, qui Dei fertitudo nominatur, præstitus est, nam cum Virginem signet, cui fortitudo, & decor indumentum eius, fax fuit, Angelum signatum for- titudinem nuncupari: qui, si ornatam gratia prædicavit, cum dixit: (8) Ave gratia plena, nunc loco ipsius Angelum fortem, per medium firmamenti volantem substituit, commendans munus ejus cla- mat,

mat, & dicit : CRINES FIRMUS SACRA , quod
in Anagrammate versum , FRANCISCUS RAMI-
RES sonat. Hic enim est Angelus ad ministerium
Lunæ destinatus , qui puritatem ejus nuntiaturus
aderit. Sed quia in firmamento Seraphico velut Picin. vbi
Luna micans adstabit , & ut Planeta fulgebit gno- sup.
mam inspice , qua mundus symbolicus Lunam de-
pinxit : (9) LUMINA DISPENSAT NOCTI,
QUÆ A SOLE RECEPIT: quod, juxta illud ad Philip. (10)
Lucetis sicut luminaria in mundo, pro- Ad Philip.
prissimè competit virginalis gratiæ contionatori,
qui velut Luna lumina puritatis dispensabit, & Ma- cap. 2. v. 15.
rix laudes intonabit.

R. P. Fr. FRANCISCUS RAMIREZ,
Pr. Gen. Ex-Deffinito, & in Conventu S.
Jacobi de Velez Malaga Guardianus.

Die 21. Junij.

M A N E.



Zimbū sacra patri præstat	P e R i Pheria.....ris.....	V
Purpureas.....	F ascis.cupit vt.....	F eudum indere cord	E
Fœlicis.....	Fama....Regni.....	F ..ercente tribuna	A S C O I
Exclamat.....	ex.....A ugens... A gmine	R espice sæcl.....	L U N A
EMM artis.....	tholonii M yrtum..... Maximus	R biter Orbi.....	
andæ.....	ostræ.... njunges... I fide....	umine done....	
bdita.....	celorum R egiam.... Rem.....	onferat eur....	
AN uminis.....	ngenti.. H ifusæ.... F ist hinc..	I nde minerva...	
VE irtuti.....	...acrata.....N ona.....	S temmate viet....	
EX altent.....	C ...unctiLuna....	C œleste regime....	
T ibent.....serta...	A iro S a c A	O ce tonante canor....	

MERCURIUS.

PRIMAS Argiphontes post Io residet igneus, solis recessum spectans, ut accedat flammeus: inquietum scintillans sidus, jam sole cadente, ebulliens lucet vespere, Myriarchæ vita cessante. Figium, & si minimm planetarum Astroloquij credant, soli viciniorem, Asteriscum reputant: hac de causa, vstum radiantem finxere pœtæ, solatum ve antiqui nominavere cun&ti. Mercurius olim triceps depingebatur trivijs, triplicique fronte viarum signabat discrimina; ab alijs vero duplici tantummodo capite exornabatur, in quorum vnione, duarum nexus voluntatum exprimitur, per quem matrimonij vis eleganter ostenditur. Angelus in custodiam Mercurio paratus fuit Michael, qui *domus Dei* interpretatur: *domus Dei* B. V. Maria nuncupatur, de qua mater Ecclesia: (1) *Hæc est domus Domini firmam-*

(1)
Eccles. in offic. Concept. Brev. Franc.

miter edificata: quam (à primo suæ Conceptionis instanti) decuit⁽²⁾ sanctitudo in longitudinem dierum.

(2)

Huic nostri firmamenti Mercurius obsequens cœlestis respondens iterpandit ad gloriam, & vitæ viam ampliat, quia ad coelum Seraphicum conscendens, & alta à longe cognoscens, velut aquila volatu celerrimo ad cacumen perveniet, (3) vnde ve- niet auxilium illi, & præacuto prospiciens aspectu videbit⁽⁴⁾ civitatem Jerusalem novam descendente de Cœlo à Deo, paratam sicut sponsam, ornatam viro suo: Joseph vir ejus, cui virginis Virginem Divina mandavit sapientia, cum perpetuo virginitatis voto astrictus, sicut sponsa maneret, nostro præbuit fundamentum Mercurio, ut veritatem matrimonij discerneret.

(3) Psalm. 120.

(4) Apoc. 21. vers. 2.

Duplex Mercurij caput, dualium voluntatum nexum, domus pudici pectoris vincitui cum conjugi applicans, & in disputatione in trahens, in utriusque conjugis honorem resolvit: (5) Quod inter Deiparam in 4. dist. 30. sacratissimam, & ejus purissimum sponsum vera, & quæst. 1. propria inter fuit matrimonij ratio, non obstante prævio, inter ipsos, virginitatis voto. Hujus domus prima candidior janua, per quam nullum coinquatum introivit, primatum tenet inter nostri firmamenti mentium discrimina, in quo, Seraphico fano universale paratur suggestum, & cum judicium se derit, (6) ecce ostium apertum in Cœlo, (7) & signum magnum, mulier amicta sole, quæ stellis coronata, & radijs vestita, bestiam devicit, & caput suppeditans, securitatem filijs à venenatis morsibus prænuntiat, illosque refovens ad gratiæ alimoniam invitat, dicens: Venite ad me omnes, nam ARDENS ALIS TEGO, quod in anagram. sic legitur: ANDRES GALISTEO, illi namque respondens dicans, & sacrans: Sub (8) umbra (inquit) alarum tua-

(5) Subt. Doct. in 4. dist. 30.

(6) Apoc. cap. 4. vers. 2.

(7) Apoc. cap. 12. vers. 1.

(8) Psalm. 16. vers. 8.

rum protege me , vt in tuarum landum præconijs tel-
 lis resistere quam , (9) & vt fortis armatus atrium
 (9) Luc.cap. tuum custodire valeam. Hac de causa , spe animosa
 11.ver.21. victoria reportandæ , & in gratitudinis , amoris , &
 servitutis signaculum , prædictæ domus primæva
 januæ amanter dicat , & reverenter sacrat hanc
 theologicam thesidem megistros theologiaz Me-
 gistanes.

P. Fr. JOSEPHUS GUTIERREZ,
 Ex Lector Philosophie , & in Regali Con-
 ventu S. P. N. Francisci Granatenji ,
 Scholasticorum Magister.



AURA SINI GYRO EN AVE EVANE ORIGINIS ARVA.

Ura sini gyro en ave Evane originis arva
Aura sini gyro en ave Evane originis arva
Ura sini gyro en ave Evane originis arva.....
Ura sini gyro en ave Evane originis arva.....

P R A E S E S A D S T A B I T
R. P. F. Andreas Galisteo, Lector Jubilatus,

Ex-Definito, & in Regali Conventu
S. P. N. Francisci Granat.

Guardianus. Die 21.

Vesperè.

C

VE.

VENUS.

(1)
Cicer. lib.
2. de nat.
Deor.

(2)
Mund.
Limb.lib. i
cap. ii.

(3)
Idem ibid.

(4)
Idem ibid.

(5)
Joan.cap.
10.vers.30.

(6)
Ad Roman.
cap.8.v.35.

(7)
Psalm.78.
vers.13.

VENUS à veniendo dicta (teste (1) Cicerone) venit in adjutorium populo Dei. Inter solis, & Mercurij spheras sita pulcherrimè micans domicilium vallat rubeorum planetarum sepimum lycos: cum solem antegraditur, lucifer nominatur, cum autem subsequitur, vesperugo dicitur. Ob propinquitatem, qua Venus est soli comitari solita, hoc fuit signata lemmate: (2) SEMPER CIRCA SOLEM: ob duplicitatem vero, qua coruscat fulgoris, ratione cuius jam phosphorus, seu lucifer, jam hesperus dicitur, hac gnomam depingitur: (3) VESPERE, & MANE. Et ut ejus cum sole inseparabilis nexus innotescat, sequenti fuit ornata epigrammate: (4) SEMPER CUM SOLE. Tot indisolubilitatis dualis stemmatibus duarum Patriarcharum, Dominici, scilicet, & Francisci typum Lucina declarat, nam sicut ex vespere, & manæ factus est diès unus, sic ex Dominico, & Francisco facta est lux indivisibiliter lucens, quam diem appellavit visibilium omnium, & invisibilium conditor. Et si stella Venus semper circa solem, & cum sole inhabitat, quasi stella matutina Dominicus circa solem semper, & cum sole Francisco indisolubiliter, perpetuoque moratur, & mutuo inter se colloquentes, his prorumpunt alternantes concentibus: (5) *Vnum sumus: (6) quis autem nos separabit à charitate Dei. (7) Nos autem populus ejus, O oves pascua ejus.* Hos igitur unum elegit Deus in charitate non facta, vt multiplicarent populum ejus: hac quidem de causa Angelus Veneri condonatus fuit *Annæl,* qui *populus Dei* interpretatur. Ut autem cœlestis Venus Seraphicum queat representare planetam, qui in

in nostro firmamento lucifer coruscat: hoc exornata est lemmate? (8) PRESENTEM NUNTIAT.

Quod proprium apostolorum est, & prædicatorum encomium; nam cum huic obtemperent divino con filio: (9) Nuntia omnia magnalia Dei, zelo ipsius honoris, & gloriæ annuntiaverunt, & annuntiant opera Dei, & requiem non habentes die, ac nocte dicunt: gloria tibi Domine, qui suscitas à terra inopem, ut colloces eum cum principibus populi tui; sicut præsens satagit duorum parentum decantare virtutes: Quod manus ita lucide complet, vt Æmula Venus hoc soliloquio dicat: ZELUM MIRARE MANE, quod cum nos in anagram. dicit, ita dicit: EMMANUEL RAMIREZ. Ut typica Venus, præsentem nuntiare gestitans, stellam sequentem solem honore ditabit.

(8)

Idem ibid.

(9)

Lib. 2. Ma-
ch. cap. 3.
vers. 3, 4.

R. P. F. EMMANUEL RAMIREZ,

Prædictor Generalis, Ex Guardianus, & in

Conventu de la Coronada de Aguilar,

Vicarius, die 22.

Manè.



*INTONAT EUTERPES PRÆCONIA SACRA
parentum.*

EPRETUE TANOTN INTONAT EUTERPE
 SEPRETU ETANOT NTONATE UTERPES
 PSEPRET UETANO TONATEU TERPE SP
 RPSEPRE TUETANO NATEUT ERPES PR
 ÆRPSEPR ET UETA NATEUTE RPE SPRÆ
 CÆRPSEP RETUET ATEUTER PESPRÆC
 OCÆRPSE PRETUE TEUTERPESPRÆCO
 NOCÆRPS EP RETU E UTERPE SPRÆCON
 INOCÆRP SEPRET UTERPE SPRÆCONI
 A INOCÆR PSEPRET ERPE SPRÆCONIA
 SA INOCÆR PSEPRET ERPE SPRÆCONIAS
 ASA INOCÆRPSEPRPE SPRÆCONIASA
 CASA INOCÆRPSEPRPE SPRÆCONIASAC
 RCA S A INOCÆRPSE SPRÆCONIASACR
 ARCAS A INOCÆRPS PRÆCONIASACRA
 PARCA SAINOCÆRPRÆCONIASACRAP
 APARCASAINOCÆRÆCONIASACRAPAR
 ERAPARCASAINOCÆCONIASACRAPARE
 NERAPARCASAINONIASACRAPAREN
 TNERAPARCASAINIASACRAPARENT
 UTNERAPARCASAINASACRAPARENT
 MUTNERAPARCASASACRAPARENTUM

S O L.

ORTUS est Sol, omnium planetarum medius, &
 fidelis temporum dispensator, cujus si adven-
 tus diem firmat, recessus noctem format: astrorum
 omnium obtinet principatum, & omnibus eis lumen
 dispensat; atque ideo subtermedium ferè regionem
 occu-

occupat, in medio residens, tamquam dux, princeps,
& moderator lucis, quam sine invidia communicat.

Soli inter cuncta cœli radiantia sidera epigraphen
tribuit mund. symb: (1) ILLUMINO CUNTA,

(1)
Picin. lib.
1. cap. 6.

vel aliter: CUNTA ILLUXTRO, quod in anagram.

sic legit: CUNTA TRUXILLO, proprium Solis
digma, cui respondet lemma: OMNIBUS (2) OM-

(2)
Id. ibid.

NIA. Currit ad occasum, vt diem finiat, & compleat
recessu, quod incepit accessu. Sol ita dictus, quia

SOLUS (3) IN ORBE Beatissimos Parentes nostros

(3)
Idem lib.

Dominicum, & Franciscum signat, illum in oriente,

istum verò in occidente; nam sicut Sol, dum oritur,
cuncta perlustrat, sic Dominici natale, in quo orta

(4)
Idem lib.

est stella ex Jacob, lucis prebuit incrementa: & sicut

1. cap. 6.

moritur, vt vivat, sic Franciscus, dum mortuus, reg-

nat vivus; siquidem jacere divina prohibet provi-

(5)
Idem lib.

dentia datoris, & mortus stat semper vivens ad inter-

pellandum pro nodis. Hoc gratia miraculum, spec-

taculum naturæ insolitum, quia solum in mundo, in

sole figuratur, qui solus in orbe describitur.

Ex his ergo Solis, sub diversis inceptionis, &
desitionis notis, stemmatibus, factum est vespere, &
mane dies secundus, quo noster cœlesti respondens
tot illius encomijs plurifariam resplendet. Angelus,

soli in custodiam præstitus fuit Raphael, qui Dei

medicina interpretatur: hic solis dirigit curriculum,

ne a recto declinet circulante progressu, nec pede

exorvitante linea eccliptica tramitem percurrat, qua

zodiaci medietatem ex æquo distinguit, vt hoc poscit

(4)
Idem lib.

exornari lemmate: (4) SEMPER IDEM SUB EO-

1. cap. 6.

DEM, quod subditiprincipi subjectionem designat,

qua semper in ejus immutabilis fide perseverat. Hic

(5)
Picin. lib.

planetarum Megistros princeps, in medio positus,

epigraphen tenet: (5) SOLUS NON ERRAT, quod

1. cap. 6.

infalibilitatem Ecclesiae in ejus significat decretis. Et

vt

ut hęc omnia, nostri firmamenti Osiridi competant,
 & ut Sol cuncta illuminet, fidem firmet, sanet mor-
 bos, & hęreticorum confundat perfidiam, eorumque
 destruat insanos errores, infallibilitatem Ecclesię in
 Canonizatione Sanctorum declarat, & resolute
 afferit: *Sanctos Canonizatos ab Ecclesia esse verę
 Sanctos, de fide tenendum est.* Scutum inexpugnabile,
 præacutis resistens tanti cherubici bellatoris cuspidi-
 bus, aderit dynasta sapientiæ ectypion.

P. F. JOSEPHUS ORTIZ, EX.
Lector Philosophiæ.

QUI SANCTISSIMIS PARENTIBUS
 Dominico, & Francisco filiaester ardenter
 honorifice dicat, & obsequenter conse-
 crat hymnodiam, in utriusque
 laudem sic decan-
 tans.

FRANCISCO.

Pange, lingua, glorioli
 corporis mysterium, parat servis incolatus,
 stigmatumque præiosi, in Minorum Ordine.
 quæ in amoris præium, In supremæ nocte coenæ
 in Francisco, generosi, lotum cernens fratribus,
 Rex signavit gentium. imitatus Christum plenè,
 Nobis datus, nobis natus veritis legalibus,
 Pater, matre virginie; pedes turbæ duodenæ
 nobiscumque conversatus, labat suis manibus.
 sparso seraph semine, Verbum caro servum verum
 plagis Christum efficit,

Re-

Redemptoris typum merū
vt cum mundo deficit,
reparet mundum sincerum
signum Christi, & sufficit.

Tantum Patris sacramentum
celebremus cernui;
& athletæ documentum
Christi ducat ritui,

ad præstandū supplementū
cordium defectui.

Genitori, genitoque
Iaus, & jubilatio;
flaminique virtus quoque,
vnde benedictio
in Francisco, & ab utroque
polo sit laudatio.

DOMINICO.

Verbū supernū prodiens Se seraph dedit socium;
vocē dedit, quā dexterā, inquirens in edulium
& stella cherub exiens pati pro Christo prætium,
ad mundi venit vesperam. cœli lucrari præmīum.
Vero Christi discipulo, Amoris ardens ostia
æstuantibus æmulis, mundanis claudit ostium,
dat ille in cœli ferculo & devincens hostilia
doctrinam, quā discipulis. Ecclesiæ dat auxilium.
Sub Redemptoris specie Vnī, trinoque Domino
ejus ebibit sanguinem, sit sempiterna gloria,
vt particeps substantiæ qui sublevat abstermino
levare queret hominem. DOMINICUM in patria.

TURRIS FORTITUDINIS A FACIE INIMICI,
civitas munita ad dicantis tutamen præses adstabit certamini R. P. F. Franciscus Truxillo, Lector Jubilatus,
Ex Custos, & in Regali S. Ludovici Malacitano
Conventu Guardianus, die 22.

V E S P E R E.

MARS.

M A R S.

TRANSACTO die Sabbati (in quo natus est homo in mundum ut præsit volatilibus Cœli, Seraphicis, inquam, nostri firmameti, in cœlum volitantiibus intellectualibus alitibus, & in quo Deus Optimus Maximus requievit ab vniverso opere, quod patrarat) quem Deus sanctificari mandavit: (1) *Omne opus non facietis in die Sabbati.* Et cum planetæ stetissent in Ordine suo, quin eorum velocem prosequerentur cursum, venit dies, dies venit, in quo Mars, ut impleat numerum fratrum suorum, currit,

(2) *Joan. cap. 14. vers. 8.* ut comprehendat Mars planetæ quintus inter jovem, & solem domiciliū firmans triplici orbe adornat thalamum suum, gyransque per circulos, qui zonas superficie coelestis signant, & solis cyclos ternuant, influxus vim exercet, qui ex octo gradibus ante, & retro constat. Hunc rubrum planetam vehi tenuere quadriga, quæ instar igneæ solis propriam pertransit sphaeram. Cœlum indivisum, triplicato orbe compositum, in quo planeta Mars posuit tabernaculum suum,

(3) *Psalm. 34. vers. 4.* Deitatem indivisam, & tribus suppositis communicata typicè signat: cui nostri firmamenti stellarum speciosa congeries ob electionis rectitudinem benedicens, si autea exorabat: (2) *Opende nobis patrem,*

(4) *Psalm. 47. vers. 8.* *& sufficit nobis, nunc gratulatorie decantat:* (3) *Beatus, quem elegisti, & assumpisti:* (4) *Suscepimus Domine misericordiam tuam in medio templi cui.* (5) *Cantabimus, & psallemus virtutes tuas.* A te, pater luminum, donum descendit optimum, ad te ascendet odoratus fumus aromatum, id est, gratiarum actio. Sicut ad locum, vnde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant, sic ad mare magnum, & spatiostum manibus, vnde gratiæ dimanant, gratiæ in

(6) *Cant. cap. 3. vers. 11.* gratiæ

gratitudini's pignus , & novi beneficij lucrum rever-
tantur, vt iterum munificè dispensentur.

Sic congaudens , & laudans firmamentum Se-
raphicum , velut alter Benjamin adolescentulus ini-
mentis excessu, convocat vicinas , & amicas Provin-
tias , videlicet, consorores , vt videant opus dexteræ
excelsi , quod operatus est in illo D. O. M. & ita eis

alloquitur: (6) *Venite, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua* (Granat. vi. 3. vers. 11. delicet Provint.) in die lœtitiae cordis ejus , hoc est,
electionis in Patrem : *Congratulamini mibi* , (7) *quia inveni* , quem diligit anima mea (quod concupivi jam
teneo) tenui eum , nec dimissem. Tot alacritatis signis
læ: a confurgens Granatensis Provintia hoc epigram-
ma erexit in titulum : (8) *Levabo oculos meos in mon-
tem, unde venit auxilium mihi* , ad montem scilicet
xternitatis , & vt ad montem , qui Christus est , per-
tingere valeamus, trinitatis monti cuncta referamus ,
quem in stella Marte, triplicato orbe residente, sym-
bolice designavimus.

Ut auxilium nostrum à Domino créatur , An-
gelus Marti assignatus fuit Samael qui auxilium Dei
interpretatur. Velocem hujus planetæ cursum equijs
tribuere poëte, velut ipsum virtute ad motum car en-
tem judicantes , & solum virtute illorum Cœlum cir-
cundantem. Hæc antiquorum fictio injustè Marti tri-
buta de firmamenti nostri quintum occupante locum
verum tenet ; nam si omne , quod movetur ab altero
movetur , motus illius à præcedentibus quatuor pla-
netarum perficitur , eorumque auxilio circumfertur.
Hoc plane fatetur, ne plene fallatur, quia qui judicat ,
(9) se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se dicit. Ad hoc
exprimendum inibecillitatis signum, hac gnoma Mar-
tem Picinellus depinxit : (10) *Ante notos zephyrum-
que volant. Quod clare demonstrat, non à se, sed ab*

(6)
Cant. cap.
3. vers. 11.

(7)
Cant. cap.
3. vers. 4.

(8)
Psal. 120.
vers. 1.

(9)
Ad Gal. c.
6. vers. 3.

(10)
Picin. lib.
3. cap. 31.

alijs circumferri, portantibus scilicet, deauratum
vehiculum. Sed quia in firmamento FIRMUS CER-
NI SACRAS percurrit spheras, quod in anagram.
ita sonat FRANCISCUS RAMIREZ, velut Mars
Cœlo indiviso supremæ Deitatis in triplicato orbe
personarum subsistenti, gratiarum actionem referet,
& cuncta sacrabit.

P. F. FRANCISCUS RAMIREZ,
Lector. Theologie Moralis in Conventu S.
Stephani de Priego. Die 24.

Manè.

JUPITER.

JUPITER à juvando dictus secundum in firma-
mento cœlesti locum occupat, sextumque in Se-
raphico Seraphicus solium obtinet. Triplici
constat orbe ejus firmissima sedes, queis cursum im-
plet vespere dominica die. Hic planetarum omnium
benignissimus adest, in cunctaque tonans benebolus
influit: in pondere, & mensura lucem dispensat, in
eiusque aspectu justitia, (1) & pax osculata sunt, me-
rito quidem Angelus, qui Jovis cœlestis dirigit mo-
tus, est Satiel, qui *justitia Dei* interpretatur. (2) Ju-
stitia de Cœlo prospexit, cum in terra pax hominibus,

(1)
Psalm. 84.
vers. 11.

(2)
Psalm. 84.
vers. 12.

(3)
Luc. cap.
11. vers. 21.

(4)
Mac. cap. 8.
vers. 22.

bonæ voluntatis, & ad utramque in uno speciem sig-
nandam, collectam, justitia Jovi fuit prælita ductrix.
(3) Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pa-
ce sunt ea, quæ possidet, nam cum à rectis justitiae se-
mitis numquam deviet, (4) memoriale pacis, & so-
cietatis firmat inter ea, & indumento justitiae circun-
datus, corona justitiae, & pacis decoratur, ita ut in-
tuentium

tuentium oculis speciosus forma præ filijs hominum
appareat suorum , atque ob hanc se osculantiam in
patre pulchritudinem , grex sibi creditus gratulato-
riè dicantet : (5) *Virga tua, & baculus tuus ipsa mea
consolata sunt.* Tot tantisque notis , quibus lætanter
ditatur minorum cœtus , ornatur nostri firmamenti
Jupiter , vt in electione patris fœlicitatem nuntiet.

(5) Psalm. 22.
vers. 4.

Hæc dualium virtutum in Jovis aspectu formo-
sa complexio corporis , & sanguinis , sub speciebus
panis , & vini , figuram præfert: in pane justitia figu-
ratur , non solum , quia de coelo venit: *Panem cœli de-
dit eis.* Verum etiam , quia justos alit , & malos punit:

(6) Joan.cap.
14.vers. 27.

Mors est malis, vita bonis. In vino autem pax demons- AdCorinth
tratur , quod germinans virgines , & læticans cor cap. 11. vers.
hominis , ab illo dispensatur , qui suis alloquens , ait: (7)

AdCorinth
cap. 11. vers.

(6) *Pacem relinquo vobis , pacem meam do vobis: : hic*

(7) *calix novum testamentum est in meo sanguine,*

(1) *Testamentum (inquam) pacis , quare in diebus*

ejus (2) orietur justitia, & abundantia pacis. Utrius-

que enim indisolubilis nexus ad sacrificium confi- (1)

ciendum necessitatem duarum infert specierum , Eccles. c.

& cum hæc indisolubilitatis vis Jovi sit præscriben- (2)

da , quia in ipso osculatæ: ad Jovem , supremum Ec- (2)

clesiæ visibile caput referenda est , cui dispensare

competit in signatis à justitia , & pace speciebus.

45. Vers. 30

Psalm. 71.
vers. 7.

Ut signi , & signati nostri firmamenti Jupiter
vmbram clarificet cœlestis , in sequendis vestigiis
illius , TENOREM prosequitur , quod sic in ana-
gram. dulciter sonat: MORENTE. Hic , in cuius
aspectu justitia , & pax sunt osculatæ , & cuius
DULCESCUNT LABIA MELLE , supremi capi- (3)
tis Ecclesiæ visibilis potestatem indagare conatus , Picin.lib.
in signatis panis , & vini speciebus à justitia , & pa- 3. cap. 26.
ce , dispensabilitatem inquiret , casu , quo una ex illis
deficeret ? Et ita resolvit: Casu , quo in aliquo Reg-

*no, vel Provincia una species haberi non posset, posset
Summus Pontifex dispesare dispensatione late accepta,
ut consecratio fieret in una tantum specie. Assertum
hoc, quod indivisa deitati, in triplicato personarum
subsistenti, in triplici orbe Jovis signato, supplex
offert, viribus roboratus virtutis defendet Theomachus Theopneustos.*

P. F. FRANCISCUS DE VIDA,
in Conventu S. Laurentij de Montilla Philo-
sophiae Lector, qui ad Laudem Divinae tria-
dis, cui sacrat thema, sic hilariter
tonat.



CUNCTA REFERT TRINO SACRANS PROGRAMMA TONANTI.

C

N U N

T C N C T

R A T C T A R

F E R A T A R E F

R E F E R A R E F E R

T T R E F E R E F E R T T

I R T T R E F E R T T R I

O N I R T T R E F E R T T R I N O

A S O N I R T T R E F E R T T R I N O S A

R C A S O N I R T T R T T R I N O S A C R

N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N

P S N A R C A O S N I R T T R I N O S A C R A N S P

O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O

R G O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R

M A R G O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M

A M M A R G O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M M A

O T A M M A R G O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M M A T O

A N O T A M M A R G O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M M A T O N A

T N A N O T A M M A R G O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M M A T O N A N T

I T N A N O T A M M A R G O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M M A T O N A T I

T N A N O T A M M A R G O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M M A T O N A T I

A N O T A M M A R G O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M M A T O N A T I

O T A M M A R G O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M M A T O

A M M A R G O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M M A T O

M A R G O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M M A T O

R G O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M M A T O

O R P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M M A T O

P S N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M M A T O

N A R C A S O N I R T T R I N O S A C R A N S P R O G R A M M A T O

R C A S O N I R T T R T T R I N O S A C R

A S O N I R T T R E F E R T T R I N O S A

O N I R T T R E F E R T T R I N O S A

I R T T R E F E R T T R I N O S A

T T R E F E R E F E R T T

R E F E R A R E F E R

F E R A T A R E F

R A T G T A R

T C N C T

N U N

C

PRÆSIDIUM, ET DECUS STABIT
R. P. Fr. Sebastianus Morente, Ex-Lector
Sacrae Theologie, & Deffinitior actualis.

Die 24.

V E S P E R E.

SATURNUS.

SEPTIMO loco residet mæstus planeta Saturnus, qui primus in firmamento Cœli, & in nostro novissimus, octavam claudit sphæram, in qua Seraphica stellarum multitudo requiescat, velut die septimo, ab universo opere, quod patrabit. Si finis alta probat, hujus Firmamenti dissolutio dolorem præbet; nam in memoriam revocat, quod facta est velut vidua Domina gentium, Minorum, scilicet, Granat. Prov. cum sit orbata Patrono, & in ejus orphanitate plorans ploravit (1) in nocte, & lachrymæ ejus in maxillis ejus: non est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus. Nam in perpetuum absuit dilecti solatium, patris orphanorum, & judicis viduarum. (2) Si tam magnus fletus factus est omnium, qui procumbebant super collum Pauli, quoniam amplius faciem ejus non erant vissiri, quanta ratione tactus Act. cap. dolore cordis intrinsecus dolebit Minorum cœtus, 20. vers. 37. cum aspiciat dormientem cum mortuis, quem ad gratitudinem vivum in prima figit pagina mentis?

Ad tanto præstandum magno dolori lenimen, Deum exorat: *Da robur, fer auxilium: (3) Orphano tu eris adjutor.* Ast qui consolatur humiles in omnibus tribulationibus suis, (exaudita oratione postulantis) aurem suam inclinans ad præces supplicantium

(3)
 Psalm. 9.
 vers. 34.

tium disposuit , vt Angelus Saturno signatus fuisset
Caphiel, qui *virtus Dei* nuncupatur, vt *virtus* , quæ
 in infirmitate defecerat , in infirmitate perficeretur. ⁽⁴⁾
 Hanc ergo mœstitez causam planeta *Saturnus* in me-
 moriam revocat , siquidem ⁽⁴⁾ ejus tendit in fune-
 taria influxus Hic, qui ⁽⁵⁾ TARDISSIME VELOX,
 vt Pincellus notat, nostrum aperte signat, qui velox
 quamvis novissimus , præcucurrit citius cœteris,
 Matrem solatus: NOX SEPE ARDEAS: quod in ⁽⁵⁾
 anagram. sic legit: ANDRÆAS ESPE JO. Cucur-
 rit & velox ad annuntiandum manè misericordiam ^{Mund.}
 Dei cum D.D. DIDADO DE VALENCIA , ET ^{Symb.lib.1.}
 VENAVIDES inclyto de Javalquinto Marchione,
 hujus almæ Provinciæ Granatensis Patrono piissimo, ⁽⁶⁾
 qui, & si de medio sublatus , Phœnicis elogium fuit ^{Mund.}
 adeptus : ⁽⁶⁾ PERIT UT VIVAT ; nam si mun- ^{Symb.lib.4.}
 do periit, in æternam nobis memoriam vivit : mor- ^{cap.56.}
 tus est , & quasi non est mortuus , quia ⁽⁷⁾ MORI
 FESTINAT IN ORTUM , cum ejus fama nunquam ⁽⁷⁾
 in favillam fuerit redacta. Hujus præclarissimi Ba- ^{Idem lib.}
 ronis laudes decantabit. ^{4.cap.56.}

P. Fr. ANDRÆAS DE ESPEJO,
Prædicator, & in Conventu S. P. N. Fran-
cisci Bastensi Guardianus. Die
 25. Junij.

M A N E.



Jam

JAM Cœlo retrograditur LUCINA resplendens.

MERCURIUS sequitur ditatus pignore lauri

Cingit bella VENUS dignanter tempora fertis.

Septemplex SOL pergit, adaugens lumine cyclos.

MARS patris solatia sparsa revertitur astans,

Ingenti plenus JUPITER fulgore recedit.

Transmigrat postremo Altè SATURNUS honorans.

FINIS.

